



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 7. De varietate orationis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

ALTERA LIBRI PARS:

In qua de oratione agitur, tanquam ea, cuius assiduus
vsus dicitur paenitenti esse imprimis com-
mendatus.

Rimò aliquid dicemus de nomine, natura, va-
rietate, & effectibus orationis: deinde con-
siderabimus tum preceptum diuinum de ea da-
tum; tum conditiones quas requirit, ut idem
praeceptum per eam implatur: tum de-
num usum illius debitum.

CAPUT SEXTVM.

De nomine & natura orationis.

SUMMARIUM.

39 Nomen orationis accipitur tum generaliter, tum propriè.

40 Definitio orationis.

41 Orare proprium est solius rei intelligentia prædictæ.

42 Orare non conuenit Deo.

43 Conuenit Christo quatenus homo est.

44 Non conuenit damnatis.

45 Conuenit ceteris omnibus intelligentia prædictis.

Nomen orationis interdum accipitur specialiter, & in-
terdum generaliter. Sicut enim ieiunare est specialiter
dicitur, qui ab eis abstiner; generaliter vero dicitur, is con-
iam quia carnis illeccbris, vitorumque passionibus se con-
tinet: ita is orare specialiter dicitur, qui diuinam clementiam
invocat, sed generaliter dicitur etiam, qui bonis operibus
in obsequiis sui conditoris se tradit: eo quod bona opera
Deum ad misericordiam protocant: sicut mala, nam &
furore ipsius accedit. Specialiter autem dicta oratio ex va-
ris circumstantiis ipsius, variè descripta est à sanctis Pa-ribus
prout in Cod. de oratione quæst. i. referr, bene que declarat Me-
dina.

Instituto vero nostro ad naturam illius aperientiam suffi-
cere poterit definitio tradita à Nauar. in suo tractatu de oratione
preludio sexto: quod sit petitio facta Deo aperiè vel tacitè.
Petitionem autem esse, communè est orationi cum preci-
bus, quæ fiunt homini ad aliquid ab eo impetrandum: qua-
rum quadruplicem ab ipsa oratione differentiam refert Nau-
arr. in eod. tract. cap. 19. num. 57. Factam vero esse Deo, est ei
proprium. Aque ut pleniū dilucidiusque natura eiusdem
intelligeretur additum est in definitione expresse vel tacitè,
per quod indicatur naturam orationis constare: non modo
si expresse, sed quoq; si tacitè fiat. Vnde oratio proprie fuit,
petitio illa tacita sanationis Lazari, quam Ioh. 11. lorores i-
psius Christo petierunt dicentes. Ecce quem amas infir-
matur. Id quod ex D. Augusto ad eum locum Nauarrius refec-
rens, in cit. preludio 6. num. 12. addit aliud exemplum de ora-
tione que fit Sanctis. Eo ipso enim censetur tacitè facta Deo,
quod fiat Sanctis ipsi tanquam nostris intercessoribus apud
Deum, à quo speratur & impetratur quod petitur: ita ut
Deus sit præcipuis quasi scopus, in quem oratio nostra diri-
gitur; Sancti vero sicut velut medium, per quod ea dirigitur,
vt bene succedat.

Pro pleniori adhuc elusione naturæ notitia, aduertere o-
portet orationem esse operationem tantum rei prædictæ in-
telligentia, vt patet ex D. Thome doctrina 22. quæst. 83. art. 1. at-
que requirere concursum mentis simul & voluntatis, quia non
est nuda petitio, sed cum desiderio, quod est voluntatis a-
ctus, obtinendi petitum. Itaque bestie, sicut non sunt capa-
ces rationis, ita nec sunt orationis; & ideo quod in Psal. 103.
Catulli leonum dicuntur querere à Deo escam sibi.] &
in Psal. 146. Pulli coruorum dicuntur ipsum invocare, aet
genus alia: intelligi debent dicta per similitudinem: pro-
pterea quod animalia dum quadam vocis significacione
fiunt testantur indigentiam, videntur in isto naturæ insti-
tu invocare Deum, qui eorum prouidentiam & curam ge-
rit: aperiensque manum suam implet omne animal benedi-

ctione sicut & per similitudinem omnia dicuntur illi obedi-
re, propterea quod in isto naturæ imperio mouentur ad fines
quos illi ipse prescripsit, perinde ac si præcepto accepto il-
lud implere studeant.

A hinc oportet præterea, quod ergo Deus mentis & in-
telligentia capax sit, non esse tamen orationis; cum nec su-
periorum habeat, cui defat: nec cuiusquam opere egat, quā
impleret. Quod vero ad R. 8. Spiritus sanctus dicitur postu-
lare pro nobis gemitibus inenarrabilibus.] sensus est, quod
faciat ut postulemus; nimirum tribuendo postulandi vim,
auxilium, & gratiam: sicut & eius quod Matth. 10. dicitur.
Non estis vos qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui lo-
quitur in vobis:] Jenitus non est, quod Spiritus sanctus per se
verba proferat. Quam interpretationem ex D. Augusto &
quibulam D. Pauli antiquis interpretibus habet Azor. in. 1.
par. Moral. in ist. lib. 9. cap. 29. quæst. 6.

De Christo autem Domino nostro, cum non tantum sit
verus Deus, sed etiam verus homo; certum est quod ei qua-
tenus homo est conueniat orare, sicut & Patre minor est esse.
Id enim aperte constat ex eo, quod ad Rom. 8. dicitur interpel-
lare proximis.] Et ad Hebr. 9. introiuisce in cœū ut appareat
vultus Dei pro nobis.] Addit illud i. joan. 2. Si quis peccaverit
aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum.]

Si quatas an omni rationali creatura conueniat orare
posse. Respondeat non conuenit propriè damnatis, quia
ora & effectus de se bonus proficisciens ex virtute religionis,
& ideo ex bono piisque erga Deum affectu, quædam damnati
habere non possunt: cui Deum ipsum odio summo incen-
santer proleuantur. Vnde quod demones rogarent Christum
ut mitteret eos in gregem porcorum, Matth. 8. & Epulu-
lo sepulcris in inferno precorunt, Paer Abraham miserere
mei, & mitte Lazarum, &c.] Luc. 16. petitiones quidem fue-
runt, non tamen orationes: ut nec ea quæ ex Iob cap. 1. & 2.
Sa. han postulauit facultatem vixandi sanctum ipsum homi-
nem Iob.

Cæcitis autem omnibus prædictis intelligentia conuenit
orare sive Angelis, sive hominibus: & his sive iam vitâ fan-
dis non modo beatis, sed etiam detentis in Purgatorio (de
quæ riferi possum Azor. in eod. cap. 29. in fine & in præced. cap. 10.
quæst. 12. & Gregor. à V. alen. 22. diffut. 6. quæst. 2. punclo 6. sub finem)
sive adhuc viventibus, non modo iustis; sed etiam peccato-
tibus, ut patet ex Publicano Lu. 18. & aliis: ut ex Daulde 2. Re-
gum cap. 12. & in nouo Testamento ex D. Petro, Magdalena,
Zachæo, & Latrone crucifixo.

CAPUT SEPTIMVM.

De varietate orationis.

SUMMARIUM.

46 Divisio orationis in mentalem & vocalem.

47 Divisio mentalis in meditationem & contemplationem.

48 Divisio vocalis in communem & priuatam: quam melius est fieri verbis ab Ecclesia instituta, quam à nobis pro arbitrio compo-
situm.

49 Oratio quedam bona & quedam mala, aut ex obiecto aut cir-
cumstantia.

50 Divisio orationis bone in viuam & mortuam.

51 Divisio orationis, in observationem, orationem peculiariter fiduci-
am, postulationem, & gratiarum actionem.

Divisio est principia varietas orationis: prior quod
quædam si vocalis, & quædam mentalis; posterior
quod quædam sit bona, & quædam mala. Mentalis est quæ
fit interno tantum actu animi, qualis fuit Anna oratio ad
Deum pro suscipiente prole t. Reg. 1. vocalis vero quæ ita
fit interiori animi actu, ut simul verbis exteris exprima-
tur: non item quæ fit tantum verbis sive interiori men-
tis & voluntatis pia elevatione ad Deum; reprobata per
illud ex Ioh. 14. cap. 29. vispatum & à Christo Domino Matth. 15.
Populus hic labilis me honorat, cor autem eorum longe est
me.]

Vtique autem rursus distinguitur; mentalis quidem, in
meditationem & contemplationem: quarum illa consistit
in consideratione mediiori vita spirituali, id est, eorum
ex quorum notitia diriguntur in salutis æternæ via, quæ
tenetur declinando à malo, & faciendo bonum. Eius gene-

ris sunt considerationes de peccatis, de virtutibus & vitiis, de quatuor nonissimis; morte, iudicio extremo, inferno, & paradiſo; de vita, morte, & passione Christi, & de aliis Dei beneficiis. Contemplatio vero constituit in consideratione finis vita spiritualis, prius Dei, & diuinorum attributorum ipsius ut in se sunt, ideoque tardior in ea admittitur discursus, seu inquisicio, sed simplex & humilis per fidem intuitus, cum in meditatione plerumque discursus admittitur, de cuius usu praelata instituto habetur edita a P. Francisco Aria, quoniam interfecit De mentali oratione.

48. Vocalis vero quedam est communis, & quedam priuata Communis dicitur, que fit ab Ecclesiastico ministro (*qua appellatione venire, tum Religiosum, tum sacralem Clericam notat Nauarr. in tractatu de oratione cap. 20. num. 40.*) nomine totius populi: eo scilicet modo quo exprimitur cum dicitur in libro de Ecclesiasticis dogmatibus cap. 30. Cum sanctarum plebius preceps demandata sibi legatione funguntur apud diuinam clementiam; humani generis agunt causam & tota secum Ecclesiam congerimenter, postulant & presentantur. Priuata oratio vero dicitur, que fit ab unoquoque priuata in pro se vel per alium. De hac intelligitur illud prioris ad Timoth. 2. capite. *Volo viros ora et in omni loco, quantes puras manus sine ira & discepitione.* Ita quae potest dupliciter: uno modo, verbis certis ab Ecclesia institutis & determinatis: altero modo, verbis que quisque sibi arbitrio suo composuerit pro suo pio affectu. Prior autem longe melior est, ac auctoriter multis nominibus: maxime autem, quod cum vis orationis consistat portulatum in loco, ut nobis diuinum saeorem conciliem formulare orandi ad id accommodatores sumit illa quae Spiritus ipse diuinus distinxerit: quia dicitur quidem (*ut inquit Apostolus ad Rom. 8.*) *Qui si oremus sicut oportet nescimus; sed si ipse Spiritus postularit pro nobis gemini bus in membrabilibus.* In illo enim orationibus & impressis in oratione dominica, Deas suas agnoscat voces, & quasi proprium suum, aut familiare idioma; rebus, personis, loco, tempore, qua ratione decet ita accommodari, ut illud ei perplaceat, & ad insinuandos nos in ipsius gratiam maximè valeat. Vnde merito Apostoli Christum dominum rogarunt *Luc. 1.1.* Domine doce nos orare, sicut Iohannes docuit discipulos suis.]

49. Item bona oratio est, que fit seruatis omnibus conditionibus debitis, de quibus in sequentibus: mala vero cui aliqua ex debitis conditionibus deest: iuxta illud ex D. Dionysio communiter receptum ab omnibus (*tegl. Nauarr. in tractatu cap. 6. num. 2.*) Bonum est ex integrâ causa, malum autem ex singulâribus defectibus. Duplex autem est mala oratio: una que dicitur mala ex obiecto malo: nempe qua petitur aliquod malum: ut vindicta privata de inimico, aut aliud id genus moraliter malum. Altera dicitur mala ex circumstantiis: qualis est quae usi petatur bonum, non petitur tamen id quod, propter, a quo, ubi, quando quomodo, aut pro quo debet: *de qua in eodem cap. 6. multa Nauarrus.*

50. Bona quoque oratio distinguitur rursus, quod quedam sit mortua: cuiusmodi est oratio existens in peccato mortali; nam in eo quoque statu potest homo multa bona, & Deo grata, *quamvis meritoria non sint*, facere opera: nisi oret, aut opus aliud faciat peccando actu, vel proponendo peccare, seu Deum offendere: qua ratione damnatur in facie Scriptura oratio peccatoris, prout bene tractatum videri potest apud Med. in Cod. de oratione, quest. 12. Neque ipsa proficit: sive de iustitia, sive etiam de liberalitate, sed nocet potius, vt pote quae penitentia etiatur, prout bene docet Nauarr. in prius cit. cap. 20. num. 35. & 36. eaque de causa dicitur mortifera. Quaedam vero fit viua; cuiusmodi est oratio iusti seu existens in Dei gratia: *de qua Psal. 33. Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum.* [Vbi aduerte non esse idem, quod oratio fit viua, & quod fit efficax (*etiam si illa maxime oratio efficax sit, quae viua est*) quod oratio mortua potest esse efficax, seu qua impetratur quod petitur prout patet per dicenda in seq. num. 59. & 68. Aduerte quoque ex Nauarr. in eod. num. 36. quod et si aliquis peccet (*sive mortaliter sive venialiter*) dicendo aliquam patrem Missa aut unius horae canonica, non ideo tamen recitationem totius peccatum esse ac nullius meriti sed solum talis partis ma-

lam recitationem: ideoque euitandum esse, ut cum primum ad talia peccatum adverterimus, recitando aliquam partem, corrigamus nos statim ac emendemus.

De divisione orationis sumptus ex priori ad Timoth. cap. 2. in obsecrationem, orationem peculiariter sic dictam, postulationem, & gratiarum actionem, videri potest Bellarm. in *Contraquer. de bonis operibus lib. 1. cap. 2.* illius explicacionem late persequens. Nobis potest sufficere quod habetur ex D. Thom. in cit. quest. 83. art. 17. eam divisionem sic posse accipi: ut obsecratio sit, quae petitur a Deo quidpiam, proposita ratione aliqua, ducta ex quapiam re sacra ob quam sit impetrandum id ipsum quod petitur, ut ex diuina bonitate, aut ex passione Christi. Oratio vero sit actus ipse orandi, vocationis etiunus habet quemdam mentis ascensum ad Deum. Postulatio autem sit idem actus, prout est petitio huius, vel illius beneficiorum pro futura aut pro praesente vita. Gratiarum denique actio sit quatenus eidem petitioni premitimus aut subiungimus Dei laudem in signum gratiarum erga eum animi. Hec D. Thomas explicat per orationem de sancta Trinitate. Nam ut in ea dicitur, Omnipotens semper trinitas Deus, oratio est; ut vero additur: Qui de disti famulis tuis in confessione veritatem fidei aeternam Trinitatis gloriam agnoscere, gratiarum actio est; ut autem adiungitur: Tribue quas sumus ut ei auctem fidei similitate ab omnibus semper impetrari aduersis, postulatio est: ut deum ponatur. Per Dominum nostrum, &c. obsecratio est.

CAPUT OCTAVUM.

De effectibus seu fructibus orationis.

SUMMARIUM.

52. *Orationis quadruplex effectus principis; meritum, satisfactione, im- petratio, & spiritualis refectio animae.*
53. *Oratio ut meritoria sit, & satisfactoria debet profecta esse a charitate.*
54. *Id ipsum necessarium non est, nec etiam semper sufficiens, ut sit im- petratoria.*
55. *Conditiones requisite in oratione, ut suum impetrandi effectum certioriatur.*
56. *Fides requisite.*
57. *Spes item.*
58. *Item que charitas.*
59. *Modi quibus contingit peccatores impetrare quod petunt in oratione.*
60. *Quae peccata impetracioni orationis obstat specie altera, ex sacrificiis habentur.*
61. *Humilitas item, deuotio que requirita.*
62. *De perseverantia requirita.*
63. *De conditione, ut pro nobis petamus.*
64. *De conditione ut petamus necessaria vel utilia.*
65. *De fructibus orationis iusti, facta pro vita funditus.*
66. *De fructibus fidei pro vita.*
67. *Infructus a efficta pro damnatis.*
68. *De fructibus orationis facta a peccatore pro alio.*

F Ructus seu fructuosos effectus orationis innumerabiles esse, satis indicant illa verba Domini Ioh. 14. Quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciam. [Et Ioh. 16. Quidquid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis.]

Quatuor autem numerantur primarij; meritum, satisfactione, impetratio, & spiritualis refectio animae; quos orans consequitur; quia oratio quatenus actus bonus, meritoria esse potest; quatenus vero penitentia, satisfactoria penitentia pro pecatis debet; & quatenus petitio quædam, impetratoria esse: facta autem cum debita attentione, potest animam spirituali gaudio, & consolatione ex consilio Dei reficer.

Atque ad meritum & satisfactionem, in bona oratione (sicut & in ceteris actibus boni meritoris, & satisfactorii) requiritur ut profecta sit ex charitate, ut vocant, via seu hominis adhuc in hac vita constituti. Quæ conditio (de qua in priori ad Corinth. cap. 13.) necessaria est ad quodcumque bonum opus ut nobis prospicit in ordine ad aeternam salutem, a Christo promissam bene agentibus, prout omnium sententiam esse notat Nauarr. de oratione cap. 20. num. 33. conclu. 2. Quod idem dicens initio precedentis cap. 8. addit

num. 3.